

Pande fores ergò, valvas aperito patentes,
Sponse, domos resera, venientēq; accipe sponsam:
Talis enim Steinbache tibi selecta puella est,
Qua meritò es dignus, quæ etiā te digna marito,
Seu spectes animi dotes, seu munera formæ:
Ipsius oris honos, oculorum sidera, labra,
Compositi gestus, gressus, & brachia eburna,
Marmorei q; pedes, Pudor, atq; ante omnia Vir-
Et pater, egregiumq; genus pietate celebre, (tus,
Hæc validum expugnare tuum cor sola valebat.

Ergò tibi iuncto gratantur pectore Nympha
Pieridum meritò, Charites & pronuba Juno,
Coniuge quod tali nunc te Venus alma bearit.
Nec mirum: quia vester amor, cōiunctio vestra,
Coniugiumq; nouos illis promittit alumnos,
Qui virtute patrem, matrem pietate sequantur.

Rectè igitur Steinbache facis, bene cuncta
Instituis, qui post tantos variosq; labores (pieq;
Exhaustos, grata tandem das corda quieti,
Ingrederisq; genus vita laudabile (quondam
Sancitum a summo D O M I N O, qui cuncta gu-
bernat)

Sedulus incumbens, patriæ quo maxima gratus
Officia